



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

Caput. 38.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

Caput 37.

CHILdebertus & Theodebertus foedus ineunt inter se: cōtra Chlotarium mouent exercitum: sed orationibus Crotehildis ad limina sancti Martini & diuino nutu grandine & infestatione tonitruui & fulguris veniente, separati sunt; pacem ineuntes ad proprias sedes sunt reuersi.

Caput 38.

POST hæc Childebertus & Chlotarius Hispanias appetunt, easq; parte maxima depopulati sunt. Amalricum regem Barcinonæ interficiunt, Cæsaraugusta ciuitas orationibus & ieiunijs liberatur.

Caput 39.

Aimoin. 2. c.
19. & 20.
Greg. 5. c. 30.

POST Amalricum Theoda regnat in Hispanijs: quo interfecto Theodegisilus regnum assumit: qui dum ad cœnam lætus sederet, extinctis cereis à suis occiditur. Cui Agila succedit in regnum. Gothi vero iam olim habuerunt vitium; cum rex eis non placet, ab ipsis interficitur.

Caput 40.

Sal. Patifio.

ET quia Theodoricus rex Italiæ sororem Clodouei in matrimonium habuit, ex qua paruulam filiam cum vxore reliquit. Et cum mater ei regis filium sociandum prouideret, à seruo nomine Traquilane accipitur. Traquila cum exercitu à matre puellæ capitur, & capite truncatur. Acceptam filiam mater, disciplinam ingerens, secum duxit: & filia matrem veneno interfecit. Theodadus regnum Theoderici ambiuit, & filiam, quæ matri extiterat, parricida vehemēter succenso iussit includi, ibi vt combureretur. Vnde causa compositionis quinquaginta millia solidorum Childeberto, Chlotario, Theudeberto transmissa sunt. Quod Childebertus & Theudebertus inter se diuidentes nihil exinde

Chlo-